6
5-F
2

6
10 N
35

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

6-5.F.2

XII SIBYLLARVM IMAGINES,

IN AES ELEGANTER INCISAE: ADDITÆ INSVPER SINGVLARVM BREVES DESCRIPTIONES.

VNA CVM PRÆCIPVIS ORACVLORVM myſterijs verſibus expreſſis.



ARNHEMI,

Apud Ioannem Ianſonium Bibliopolam ibidem,

ANNO CIↃ. IↃ, C. XV III.



1 SIBYLLA PERSICA.

Virgine matre Satus, pando reſidebit aſello,
Iucundus princeps, vnus qui ferre ſalutem
Ritè queat lapſis: tamen illis ſorte diebus
Multi multa ferent, immenſi ſata laboris.
Solo ſed ſatis est oracula prodere verbo
Ille Deus caſta naſcetur virgine magnus.



2



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

11

SIBYLLA LIBYCA.

Ecce dies veniet quo æternus tempore Princeps
Jrradians ſata læta, viris ſua crimina tollet,
Lumine clareſcet cuius Synagoga recenti:
Sordida qui ſolus reſerabit labra reorum
Aequus erit cunctis gremio Rex membra reclinet
Regina mundi, ſanctus, per ſecula vivus.



III

SIBYLLA DELPHICA.

Non tarde veniet tacita ſed mente tenendum
Hoc opus, hoc memori ſemper qui corde reponet,
Huius Pertentant cor gaudia magna Prophetæ
Eximij, qui virginea conceptus ab alvo
Prodibit maris ſine contactu, omnia vincit
Hoc naturæ opera: at fecit qui cuncta gubernat.

4



IIII

SIBYLLA CUMAEA

In teneris annis facie præſignis, honore
Militiæ æternæ Regem sacra Virgo cibabit
Lacte ſuo per quem gaudebunt pectore ſummo
Omnia, et Eoo lucebit ſydus ab orbe
Mirificum ſua dona Magi cum laude ferentes,
Obijcient puero myrrham, aurum, thura Sabææ.

BIBLIOTECA ... ROMA VITTORIO EMANUELE

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE



V

SIBYLLA SAMIA

Ecce dies, nigras quæ tollet læta tenebras
Mox veniet, ſolvens nodoſa volumina vatum
Gentis Iudææ, referent ut carmina plebis,
Hunc poterunt clarum vivorum cernere Regem
Humano quem Virgo ſinu inviolata fovebit
Annuit hoc Cælum, rutilantia ſydera monſtrant.

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE



VI SIBYLLA CUMANA.

Iam mea certa manent. et vera. noviſſima verba
Ultima venturi quod erant oracula Regis.
Qui toti veniens Mundo cum pace placebit,
Ut voluit. noſtra veſtitus carne decëter.
In cunctis humilis, caſtam pro matre puellam
Deliget; hec alias forma praceſſerit omnes.

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE



VII

SIBYLLA PHRYGIA

Ipſe Deum vidi Summum, punire volentem
Mundi homines stupidos, et pectora cæca rebellis
Et quia sic nostram complerent crimina pellem
Virginis in corpus voluit demittere Cœlo
Ipſe Deus prolem, quam nunciet Angelus almæ
Matri, quo miſeros contracta sorde levaret.

BIBLIOTECA NAZ.

16



VIII

SIBYLLA ERYTHRAEA

Cerno Dei natum, qui se demisit ab alto,
Ultima ſelices referent cum tempora Soles
Hebraea quem Virgo ſeret de stirpe decora,
In terris multum teneris paſſurus ab annis.
Magnus erit tamen hic divino carmine vates.
Virgine matre satus, prudenti pectore verax

BIBLIOTECA NAZ.
VITTORIO EMANUELE



IX SIBYLLA EUROPAEA

Virginis æternum veniet de corpore Verbum
Puerum, qui Valles et montes tranſiet altos
Ipſe Volens etiam stellato miſſus Olympo
Edetur Mundo pauper, qui cuncta ſilenti
Rexerit imperio, ſic credo atque ore fatebor;
Humano simul ac divino ſemine gnatus

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE



VIIII

SIBYLLA AEGIPTIA

Summus erit ſub carne ſatus chariſſimus atque
Virginis et vera complebit Viſcera ſanctum
Verbum, conſilio, ſine noxa ſpiritus almi:
Deſpectus multis tamen ille ſalutis amore,
Arguet et noſtra commiſſa piacula culpa·
Cuius honos constans et gloria certa manebit.

VITTORIO

514
H